



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia  
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,  
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

**Canisius, Heinrich**

**Coloniae Agrippinae, 1662**

In Tit. VIII. De Schismaticis Et Ordinatis Ab Illis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

opinioñem dicto, facto, vel scripto editam hoc  
sive emendationis pertinaciter tueatur. Nam si  
recepiscere velit, quamvis vinculo excommuni-  
cationis intricatus maneat, suppicio tamen non  
periade afficitur. Et hoc est, quod scriptores no-  
stri dicunt; quod, solum multiplices sint pœnæ,  
quædam indifferenter omnes omnino hæreticos,  
ipsorumque factores ac receptatores sequuntur,  
& involvant, nimirum pena excommunicatio-  
nis, dicitur cap. Excommunicamus § credentes, &c. quia  
autem, cap. Ut officium eod tit. lib. 6., cui etiam resi-  
piscentes tantisper manent obnoxii, donec a sum-  
mo Pontifice, vel substituto, cui eam potestate  
fuerit, fuerit absoluti. Quasdam vero pœnas il-  
lis tantummodo infligi, qui sunt obstinati, suum  
que errorem corriger no[n] volunt, ut ultimum  
supplicium, quod resipiscētibus saltem rewitti-  
tur. Nisi forte post abjurationem erroris fuerint  
in hæresim relapsi, quo casu quidem non denega-  
bitur illis viaticum, id est usus sacramentorum  
ponentis & Eucharistie, sed tamen Curia se-  
culari traducto puniendo, cap. Super eo eod. in 6.,  
tamquam si ueteris Rcp. ut etiam tam noxiū  
& iteratō commissum propter exempli perni-  
ciem severè puniatur. Quasdam denique pœnas  
esse dicunt, de rigore quidem omib[us] infligen-  
das, sed tamen quæ misericordiā quadam possunt  
remitti, ut bonorum confiscatio, beneficiorum  
& officiū amitto, can. Convenientibus I. q. 7., &c.  
Vergentis, in verbis nec ad eos bona eorum ulterius re-  
vertantur, nisi ad cor redempti & abnegantibus hæ-  
reticorum consortium misereri aliquis voluerit.

§ Ceterum quoniam ab hæresi maximum immi-  
net contagii periculum, sacri Canones ad illud  
divertendum multa salubriter constituerunt. Ac  
Primo quidem, ut passim non legantur, hæreti-  
corum libros & scripta damnant, & Fraternitatis 4  
h.t.c. Damnatio sup. De summa Trinit. nec permit-  
tunt laicis, ut umquam aut concionentur, c. Cùm

ex injuncto 12, &c. Sicut 14, b tit. aut publicè pri-  
vative de fide disputent, & Quicumque sed inhibemus  
eod. tit. lib. 6. Quinimodo & Ecclesiasticis unius  
hoc interdicunt, donec vel a S. Pontifice vel ab  
Episcopo diocesis peculiariter fuerint admissi, d.  
& Excommunicamus § quia verd. † Ubi ulcerius, in 4  
§. adiicimus, sub poena depositionis mandat Ar-  
chiepiscopis & Episcopis, ut saltem semel in annis  
provincias suspectas visitent, arque in illis tres  
vel plures idoneos viros substituant, qui, per-  
scrutatis subditorum moribus, si quos suspectos  
inveniant, ad Antistitem deferant, ut vel bare-  
sim abjacent, vel ab illa sole purgent; vel, si id ne-  
queant, poenas illas subeant, quarum mentio sit  
in d. c. Excommunicamus §. credentes, præsertim si per  
annum obsordescant in excommunicatione, ab-  
solutionem non impetrando. Verum ut dicti In-  
quisitores hæreticæ pravitatis liberi sint à meru  
irregularitatibus, memores esse debent cautionis  
expressæ in c. Novimus expedire inf. De verb. signif. ut  
nempe dum traducant hæreticos, Judicem læcula-  
rem rogent, ne mortem inferat, aut membris mu-  
tilationem. Modum etiam & formam abjuratio-  
nis videtur licet in can. Ego Berengarius dis. 2, De  
consecrat.

Porrò non solum Ecclesiasticis Prelatis injun-  
git Pont. ut ipsi per se hæresim impedian, sed &  
etiam Principum sæculi operâ urantur, eosque, si  
opus est, per censuras Ecclesiasticas ad hoc co-  
gant, d. c. Excommunicamus § moneantur. Qui si id  
forte recusent, aut se id facturos jurare non ve-  
lent, statim excommunicantur, ac ipsorum Pro-  
vincia interdicto subjiciuntur, c. Ad abolendam 9, §.  
statuimus h. t. Cùm interim ex adverso Catholicis,  
qui, crucis adsumptio charætere, ad hæreticorum  
exterminium se facilius accingunt, eadem gaudent in-  
dulgentiâ, id est omnium peccatorum, quæ fru-  
untur illi, qui pro subdio ad terram sanctam  
proficisciuntur, d. c. Excommunicamus §. Catholici.

## IN TIT. VIII. DE SCHISMATICIS ET ORDINATIS AB ILLIS.

Canis. d. lib. III. tit. 15. §. 1. &amp; 2.

## SUMMARIUM.

- 1. Schismatici qui dicantur.
- 2. Poena Schismaticorum.

Schisma quoque ad Dei pertinet iuriam. Et  
quidem si laxè velimus loqui, ut Schismatis  
crimen, quo quis scipsum separat ab unitate  
Ecclesie, omnis etiam hæreticus erit schismati-  
cus, licet non vice versa. Sed proptè hic vocam-

SSG

SSG

tur Schismatici, qui cùm pravum dogma pertinaciter non tueruntur, deficiunt tamen & seipso abundantate Ecclesiastica politia seducunt ac separant, *can. Inter haeresim xxiv. q. 4.* Ut si quis p̄e faſtu vel indignatione summum Pont. legitimè eleatum pro capite suo agnoscere non velit, quavis circa articulos fidei, Sacramentorum doctrinam, saeclorum Patrum statuta in oecumenicis Conciliis expressi de fide, nullum errorem conceperit. Postulatenim h̄ic politia seu hierarchia Ecclesiastica, ut quilibet Christianus ita cogite, unum in Ecclesia esse caput & post illud alia minoria, sub quibus ipse gradatim & ordine quodam cum aliis Christianis tamquam totius corporis membrum existat. Proinde dum seipsum protervè separat, vix uno gradu distat ab heretico, facileque sibi haeresim conminiscitur, ut recte ab Ecclesia recessisse videatur, *d. can. Inter haeresim.*

Ira ut mirum non sit, si eodem seruatore cum hereticis habeantur schismatici; nam & p̄ea excommunicationis sunt obnoxii, *e. Lettera sup. De leg. & tam beneficis quam officiis privatae, c. 1, h. t.* ubi etiam omnis administratio tam spiritualium rerum quam temporalium ipsi interdictatur. Qui ob id nihil agunt, si vel excommunicatos absolvere, vel beneficia conferre, vel bona Ecclesia velint alienare, *d. c. 1, h. t.* Et quamvis si quis ab illis ordinetur characterem recipiat, seu exempli causa Subdiaconus fiat, non poterit tamen ministerium ordinis sui dare effectui, nisi ut ait textus, misericorditer cum eo fuerit dispensatum, *c. fin. h. t.* Ceterum si in profundum veniat schismaticus, id est si ita creaserat protervia, ut (Quod oīaib⁹ modis prius tentandum est, *scilicet Clerici sup. De iudicio*) corrigi non possit, etiam Curia seculari puniendus potest tradi, *can. Necessitatis 17, dist.*

## IN TIT. IX. DE APOSTATIS ET REITERANTIBUS BAPTISMA.

*Canis. A. loco §. 3.*

## SUMMARIUM.

2. *Apostasia quando committatur.*
2. *Apostasia alia inobedientie.*
3. *Alia perfidie*
4. *Alia irregularitatis.*

**V**itium Apostasie generaliter loquendo rite committitur, quando quis sacram vitæ statum Deo ac superiori promissum male desertus; idque trifariam fieri posse assertit. *Glos. inc. 1, h. t. ¶ Ac primò quidem remocius ac velut analogicè quispiam sit Apostata per inobedientiam, dum Prælati suis, quod promiserat, obediens recusat, *e. Si quis venerit 2, Ep. Illud 5, in verbis, non debet pro temporali commodo inobedientia nostram incurrire sup. De majorit. & obedi. quibus locis insinuatur, quod Apostata inobediens notam infamia incurrit, & abiciendus sit seu pena excommunicationis afficiendus, que arbitrio iudicis etiam augetur, si pergar effe conumacior, *e. Quoniam frequenter § fin. sup. Vi lice pendente Ep. can. Si quis 11 q. 4.***

**3.** decuod & magis propriè dicuntur Apostatae, qui per perfidiam tales sunt, hoc est, qui fidem Catholicam semel suscepserunt ac juratam penitus dereliquerunt, & ad instar Juliani Imp. pagani sunt,

vel Iudei vel Saraceni, *can. Julianus 11. qu. 3, l. 1, 2, & 4, C. b. tit.* Hi quoniam hereticis non pejores, ursore qui non totam fidem, sed vel unum vel aliquos tantummodò articulos fidei impugnant, non solum omnibus hereticorum p̄sonis suppositis sunt obnoxii, idque vel toto quinquennio post mortem, si deferantur ac vitium deteguntur, *d. L. C. b. tit. sed etiam, eo non obstante, quod resipiscant (quia perditis hominibus penitentis remedio non succurrirur) à testimonio dicendum accentuant, testamenti fictionem non habent, nulli in hereditate succedunt, à nemine scribuntur heredes: que verba sunt laupp. in d. l. 3, C. cod.*

Tertia denique species est Apostasia, ut vocant, irregularitatis, quæ committitur per desertionem Ordinis, vel Religionis: Ordinis quidem, ut si quis sacris & majoribus (nam si tonsuram & minoribus, non punitur qui laicus scripuit, *cap. Jeannes sup. De Clericū conjug. & fin. De vita & honest. Cleric.*) Ordinibus initiatus præterito vel contemptu suscipiat habitum laicorum, abjecto Clericorum, *cap. 1, h. tit. Religionis vero, ut si quis regulam deserat, quam professus est, vel habitum sui ordinis semel suscepsum, cap. fin. h. tit.* Hi omnes, quia notantur infamia, ad ordinis vel officia nequeunt promoveri, *can. Beatus 11. qu. 3.* Et, si tertiod moniti non resipiscant, privilegium